

opinionis hujus vadem ille sibi adsciverit. *Esdrae Librum Quartum* is  
tunc laudat, & ab eo se didicisse affirmat *Animarum habitacula*  
post Corporis Mortem. Scilicet Apocrypho dumtaxat Libro, quem  
nunquam recepit, immo semper uti adulterinum fustum. Ecclesia ab-  
jecit. Ambrosius se debere fatetur illa *Animarum promptuaria*. Proin-  
de dicere liceat, sanctum virum incante deceptum videri a supposi-  
tio nomine *Esdrae*, atque improvidæ *Scripturæ* loco habitum ab eo  
fuisse Librum, quem tamen emanctionis naris Scriptoris spuriis sem-  
per mercibus adjungendum censuerunt. Quale ergo pondus opinioni  
relatum est, quam ex adeo inani Libro hascit Ambrosius?

Verum tametsi tenebrosa valde sint, & peregrinum quid, atque  
a Catholica sententia alienum sonent heis magni Ambrosii verba,  
fortasse tamen, ubi attentius expendantur, quod primo aspectu ad-  
versari nobis videtur, tandem nobiscum facere apprehendatur. Post-  
quam *Libris Esdræ* usus S. Episcopus, *habitacula Animarum* post mor-  
tem commemoravit cap. x. num. 45. ejusdem Libri de Bono Mortis,  
pergit dicere: *Hæc sunt habitationes, de quibus dicit Dominus (Johan.*  
*xiv. 2.) multas mansiones esse apud Patrem suum: quas suis pergens ad*  
*Patrem suum Discipulis prepararet. Sed Esdræ usus sum scriptis, ut*  
*cognoscant Gentiles, ea, quæ in Philosophiæ libris mirantur, translata de*  
*nostris. En ut Ambrosius probat interpretationem a me supra cap. iiii.*  
*adhibitat, ubi *Mansiones* a Christo Domino suis Apostolis paratas di-  
xi, non in fine Mundi eis dandas, sed illico post eorum obitum da-  
tas. Atqui *Mansiones* istas esse in domo Patris mei, Dei Filius, hoc est*  
*ipsa Veritas, jamdiu prodidit, atque adeo in Cœlis, ubi pro diversi-  
tate meritorum diversa erit Gloria Justorum, uti Patres atque Inter-  
pretes cuncti fatentur. Habemus ergo jam Ambrosium tradentem,*  
*Proborum Animas, mox ut corporeo ergasto lo solvuntur, recipi in*  
*mansiones apud Patrem, hoc est in Domum Dei Patris, sive in Cœlos.*  
*Hoc posito, secundum rectiores calculos Interpretum, consequi de-  
beret ab Ambrosio quoque admittendas fuisse ad æternam Beatitudinem*  
*illorum Animas. Quis enim cogitet, Animam translatam in*  
*Domum Dei Patris, atque ibi manentem cum Christo, volente Johan.*  
*xvi. 24. ut ubi sum ego, & illi sint mecum, summa tunc posse Bea-  
titudine carere? Verum Sancto Ambrosio alia mens fuit; eamque,*  
*ni fallor; inter ejus tenebras detexisse mihi videor. Scilicet non ille*  
*cunctis Justorum Animabus ineffabile illud gaudium continuo pollicie-  
tur; Septem quippe earum Ordines, Septemque *Mansiones*, Esdram*  
*interpretans, excogitavit. In primo Ordine eas collocavit, quibus*  
*tantum est *Lætitia*, quod vicerint Carnem. In secundo illas, quæ læ-  
tantur, quod securitate potiantur. In tertio eas posuit, quibus est gau-  
dium, quod factorum suorum incertum supremo Julicio non vereantur even-  
zum. In Quarto constituit illas, quibus est *Lætitia*, quia incipiunt*  
*intelligere Requiem suam, & futuram sui Gloriam prævidere, eaque se*  
*consolatione mulcentes, in habitaculis suis cum magna tranquillitate requie-  
scunt,*